



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehac nunquam
in lucem prodiere

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

S. Athanasij Archiepiscopi Alexandrini Sermo in descriptionem
sanctissimæ Mariæ & B. Ioseph.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

Prophetæ, Euangeliū, Epistolæ, & omnis gloria sententiārum Domini mei, & ser-
vorum cius, aut parua videbantur, aut nulla. Nescio modò, quid dulcius immur-
mata filius Iesu, qui vario sermonum & sententiārum cōcentu omnes illos, quos
diligerē confueram, in eloquentes reddit & mutos.

Lenit & vngit, quia nihil sic recreat in tribulatione. Denique & probare licet.
Iuvame, inquit, in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me. Hoc est no- Psal. 49.
men, hoc est oleum, hæc olei effusio. Amen dico vobis, non deficit hic lecythus 3 Reg. 17.
olei, nec minuetur, donèc pluiani voluntariam, que segregata est hereditati eius, Psal. 67.
diffusus insufflet, donèc faciat calum nouum, & terram nouam: quia misericor- Psal. 102.
dia cius ab æternō, & usque in æternū super timentes eum.

Sed iam surgamus, & præparamus nos ad solennioris Missæ iubilationem, nec
cordibus parcentes, nec vocibus, ad honorem pueri, qui natus est nobis, qui est De-
us benedictus in secula, Amen.

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALE-
XANDRINI SERMO IN DESCRIPTIONEM SAN-
ELIJÆ MARIE & BEATI JOSEPH. Habetur in Simeone Metaphraſte,
& septimo Tomo Aloysij. Nos eum in 12. ca-
pita diſtinxiimus.

V E M A D M O D V M qui terram effodiunt, aurum per- 25. Decemb.
scrutantes, cùm venam aliquā inuenient, auream are- Cap. II.
nam pra se ferentem, in eam incumbunt, & magis ma-
gisque terram effodiunt, quippè qui venam illam lucri
ducem inuenient: quam prosequentes, non prius è
loco illo discedunt, quām auri propositi latebram af-
secuti fuerint: ita & nos, vt Ecclesiastica negotiatio-
nis operarij, beatum Euangelistam Lucam in manu ha-
bentes, Dominici ex Mariæ Virginis conceptione the-
sauri considerationem aggressi, non prius ab huiusmo-
di perscrutatione desistemus, quām propositas diuitias
sincere colligamus. Quamobrem &, ordine seruato, Euangelistam ita perscruta-
bimus, ut nihil eorum, quæ utilitatem afferre possunt, derelinquamus. Nam etsi
verba ipsa non sublimia sint, nihilominus tamen magni gaudij mysterium in se
concent. Nemo igitur propterea segnem ac negligenter se præbeat, quod quæ
modo lecta sunt de Iesu, parua quadam esse videantur, si auditu solo percipientur.
Quantum enim ad geniti Domini potentiam pertinet, parua quidem sunt, & val- Quæ in Chri-
de humilia, quæ lecta modò audiūmus, ut fasciæ, præsepe ac locus, qui tanta mai- sto humiliā
stati videtur minimè conuenire. Parua nimirū sunt hæc, sed mystica & arcana videtur, nō
quadam ciudem Domini ortus nobis proponit, vt Mariæ ventrem, cuius gratia funt parui-
verbis explicari non potest: sinum, quem humana cogitatione comprehendere pendenda.
non valimus: mamas, nature consuetæ radicem non habentes: lac, peregrino
& nouo modo fluens: vbera, longè à naturali consuetudine ac lege aliena: Ma-
trem Domini descriptam: Ioseph sponsum Mariæ, communionem eius non re-
sed nomine habentem.

Audifis paulo antè Lucam euangelistam, dicetem: In illis diebus exiit editum Cap. 2.
a Cesare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis. Hæc autem descriptio prima, Luc. 2.
ista est a Præside Syriae Cyrino. Et ibant omnes, ut profiterentur, singuli in suam
ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudeam
in ciuitatem David, que vocatur Berthleem, eō quod esset de domo & familia Da-
vid, ut profiteretur cum Maria despontata sibi uxore, prægnante. Vides quām exi-
guis verbis, quām magna comprehendantur mysteria? Dominus conceptus erat
in ventre Virginis, & prima gentium, Augusti edito, instituēbatur descriptio. Qui
omnes naturam apud se descriptam habet, quiq; discipulis suis ait: Gaudete & Luc. 10.
exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in celo: ille sum ipius matrem
paruis quibusdam Romanis codicibus describi voluit. Quis nō loquetur, quis non
admirabitur dispensationem illam, qua Dominus ad nostram se demisit humili-

VVVV

tatem?

LS

Vide humilitatem filij Dei, & erubet esse superbus.

tatem? Qui in excelsis liber est, in terris describitur. Illic Dei filius, hic seruus. Illic Rex, hic subditus. In caelis diues, in terris pauper. In caelis adoratur, in terris vegetal ab eo exigitur, ac soluitur. Illic diuino sedet in throno, hic in agresti & rusticâ nascitur spelunca. Illic in paterno est & incomprehensibili sinu, hic in paruo brutorum reclinatur præsepi. Quis non admiretur superna & sublimia illa, cum humilibus & paruis his collata? Inuoluitur fascijs, qui soluit omnia. Nutritur is, qui nutrit viuersos. Qui nullo loco potest comprehendendi, puer angusto comprehenditur præsepi. Qui emittit fontes, mammam fugit. Qui fert omnia, inexplicabili quodam modo feretur. Qui nusquam non est, in exigua Iudaica regio[n]is parte incircumscripsit circumscribitur. O res admirabiles, & omnium hominum cogitationem superantes. Elisabeth in domo illustri Iohannem peperit, & Virgo ipsa in parua spelunca Iesum parit. Iohannes in lecto, & Dominus in præsepi reclinatur.

Luc. 2.

Sed non simpliciter factum credamus, vt gigneretur Dominus Iesus, fascijs in-

uolueretur, mammam fugeret, in præsepi reclinaretur. Non temere factum existi-

memus, vt illa Cæsar Augusti descriptione numeraretur. Omnia hac certa de

causa, & ad finem aliquem facta sunt, diuina quidem dispensatione, sed obscura.

Ex Virgine gignitur, vt ex terra virgine formatum primum illum humani generis

parentem Adam reformaret. Fascijs inuoluitur, vt peccatorum nostrorum catena

dissolueret, vinculis scilicet soluens vincula: peccata enim vinculorum no-

miae appellantur, vt ait scripture: Vnusquisq[ue] suorum peccatorum catenis con-

stringitur. Suxit mammam, vt diuinum illud gratia lac nobis securiret, quod ex

proprio latere profudit: nihil enim aliud est lac, nisi sanguis, albus effectus. Re-

clinatur in præsepi, vt natura humanae depravatam rationem corrigere, & duorum

animalium esca fieret, Gentilis & Iudaici populi, de quibus scriptum est: In

medio duorum animalium cognosceris. Augusti Cæsar's descriptionem suscepit, vt orbis terrarum confusionem ordinaret. Hæc enim descriptio, fuit ordinati-

onis, quæ in orbe terrarum futura erat, pignus & imago quedam.

Cap. 3. Quod autem vera sint, quæ dicimus, paucis verbis explicabimus. Antequam Do-

minus homo fieret, multa humana genus tyranni premebat, & orbis terrarum ho-

mines, temere ac sine ratione vitam degebat, & regalis dignitas dehon-

stabatur, cum multi & copiosi exemplò crearentur Reges. Centum homines ali-

quis subiectos sibi habebat, & statim regni nomen ac specimen sibi vendicabat,

Talis erat gentium concertatio, suarum regionum principatus appetentium, ne-

que ex propriis locis excedentium, nisi forte aliquo modo in se vicissim arma fu-

merent. Cum eiusmodi confusio diutius vigeret, & Dominus Iesus Christus solus

ipse virginalem aulam in terris habitare contentus esset, statim multorum prin-

cipatum extinguis, Romanæ gentis dominatum constituit, vt sub uno Principe,

ad militiam cælestis imitationem, omnes viuerent. Sicut enim in calis sub uno Rege

viuersi continentur, dæmonibus ipsis more barbarorum imperij ingum recu-

santibus: ita & in terris, etsi multæ sunt gentes, quæ subiecti noluerint, unum ra-

men Romanorum Imperium potestatem tenet, quia supernæ potestatis ope ad-

iuuatur.

Cap. 4. Huius igitur ordinationis causa cælestis ille Rex, cum adhuc in sanctissime Vir-

ginis vtero conceptus gestarerur, primam descriptionem orbis terrarum sub Au-

gusto Cæsare fieri iussit, atque sub illa Imperij Romani descriptione, seipsum quo-

quæ contineri voluit, vt legem illam diuinam prouidentia latam confirmaret. Tunc

enim Regis lex firmatur, cum Rex, qui eam tulit, primus exequitur. Nam qui le-

gem fert, & non obseruat, eversor potius est, quam legislator. Eius igitur, quam

suprà diximus, ordinationis gratia, sub Augusto Cæsare prima descriptione facta est,

vt Iudaica gentis depravata consuetudo reprimiceretur, neque licet deinde inor-

ninate viuentibus Iudeis sua depravata lege innocentes homines interficeret, sed

necessitatibus iugo compressi, alienis legibus seruirent. Necessaria igitur fuit sub Au-

gusto descriptione. Illa Iudeorum gentem depremisit, & Christianorum fidem ampli-

ficauit, cum Iudaica natio, Romanorum imperantium timore, non amplius audie-

at superiorem insaniam atque immanitatem exercere.

Quamobrem post descriptionem illam, cum Dominum Iesum comprehendis-

sent, & morti tradere festinarent, non ausi sunt pro sua libidine ac temeritate,

quem

Verus legislator quis sit.

Iudiciorum prefla remittas.

Cap. 5.

SURIT
ab
Habac.
RVII
5

quemadmodum in alios Prophetas se gesserant, quibus iniustam cædem attulerat, Dominum Iesum aggredi: sed ad Pilatum, Romanorum loco præsidentem, adduxerunt, poenas ab illo exigentes. Quam obrem Pilatus præses, ut vidit Iudeos cædem Domini communiter flagitantes, dicebat illis, ut manifeste vos etiam ipsi cognouifissi. Nihil dignum morte inuenio in hoc homine. Onefarios & iniquos Iudeos, ^{Luc.23.}

curant per studet Romanorum magistratum labefactare, iniusto iudicio iustum illum aggredientes, & dantes omnem operam, ut innocentissimus, & ab omni libe purissimus, tanquam nocens condemnatus, de medio tollatur? Nihil, inquit, dignum morte inuenio in homine isto. Iure igitur Barabbas condemnatur, & Iesus absoluatur, cum ille seditus sit & homicida, hic beneficus, & vita dator. An ibidem illibeneficia, tanquam crimina, exprobribitis? In hanc sententiam Pilatus respondit. Sed quidnam Iudeorum natio? Illa quidem nihilominus saeviens, Pilatum ipsum, ut Augusti Cæsaris inimicum, quippe quod Christo patrocinaretur, his verbis præsentem insequebatur: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: siquidem il- ^{Ioan.19.}

livitam condonas, qui se Regem esse dicit. Hac Iudei.

At Pilatus neq; sic permisit Iudeos suo arbitratu, quicquid vellent, in Christum facere. Nam si per imperium Praesidis licuissest Iudaica genti facere, quæ volebat, Crux, olim lapidibus Dominū Iesum obruiſſent, vel serra lignea dissecuſſent. Quod si factum iudicij Ro- fuisse, nos Crucis beneficio defraudati, dampnum passi fuſſemus. Crucis enim li- gnum, Romani iudicij proprium est supplicium. Quamobrem Pilatus iterum eos mani pro- interrogans, aiebat: Quid vultis faciam ei, qui dicitur Christus? Illi verò clama- prium tui- bant: Tolle, tolle: crucifige eum. Quibus statim Pilatus affensus est. Datum enim ei fuerat desuper diutino nutu. Huius igitur rectæ ordinationis cauſa, instituta est prima sub Augusto Cæſare decriptio. Nisi enim lex hac ante lata fuſſet, Domini Iesu Christi corpus sepultura integrum mandatum non esſet. Nam Iudeorum na- tio nimis furore accensa, Dominicū corpus in ignem, aut in mare deieciſſet. Nam filiemiam, non sicut in iuſum, in lacum coen plenum coniecerunt: quid in Christi summoperè sibi exoxi corpus facturi fuſſent, nisi Romanae legis poenam timuſſent? Quamobrem cùm nulli Iudeorum Pilatus concessiſſet, vt Christi corpus de Cruce deponeceret, Ioseph ab Arimathia Pilati amicus accessiſſet, & petiſſet corpus Ie- ^{Iere.37. &c. 38.} Matth.27.

fu, quod & accepit, rem planè singularem atque incomparabilem. Necesaria igitur, ut paterem diximus, decriptio fuit sub Augusto Cæſare, qua & sponsus Virginis, vi paſſo antea audiuiſtis, census fuit: nam totus mundus descriptione illa rectæ ordinationis primordia tunc accepit. Sed prosequamur Euangelicæ historiæ narrationem,

Ibat Ioseph cum Virgine, partim adiutor, partim spectator eorum, quæ futura erant: non quia Virgini adiutore opus esſet, vel ei, qui conceptus in utero Virginis portabatur: ille enim est omnium adiutor, ad quem clamantis Prophætæ spe- ^{Cap.8.} fat oratio illa: Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram: sed quia psal.120.

eius dispensationis mysterio necessarius erat Ioseph, ut Virgo quasi sub viro esſe crediceret, & res ipsa lateret diabolum, nè scilicet scire posset, quod futurum erat, id est, quemadmodum Deus ipse cum hominibus versari contentus esſet. Sed quidnam Euangelista Lucas ait? Factum est autem, cùm esſent ibi, impleti sunt dies, vt pateret: & peperit filium suum primogenitum, & pannis cum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio, quia non erat ei locus in diuersorio. O res admirabiles, & omnium cogitationem superantes. Papæ, quam paucis verbis quam magna continentur mysteria. Factum est, inquit, cùm esſent ibi, impleti sunt dies, vt pateret. O res omnino admirabiles. Effectus temporum, certum expectat tempus: qui certos temporibus præfigit terminos, præfinitam expectat diem, nè quis eius ortum specie quadam, non re vera fuſſe suspicari posset.

Operaprecium autem est, huiusc rei mysteria considerare: ac primùm illud ^{Cap.9.} contemplemur, quemadmodum parua illa domus, in qua Virgo peperit, Ecclesiæ figuram cotinebat: Praesepे verò altaris, Ioseph sacerdotis, per vices munus suum exercens, Pastores diaconorum, Angeli sacerdotum, & Dominus Iesu Pontificis formam in se gerebat. Thronus autem Dei, per virginem Mariam figurabatur. Quamobrem supradicta omnia in Virginis partu præmonstrata esſe cernens, admirare, cùm audis Euangelistam Lucam sic dicentem: Factum est in illis diebus, impleti sunt dies, vt pateret filium suum primogenitum, & inuoluit eum pannis,

LS

Singulare
Virginis
maris pri-
uilegium.

Cap. 10.

Luc. 2.
Hæretico-
rum delira-
menta.

Matth. 1.

Cap. 11.

Christus vt
primogeni-
tus Virgi-
nis petua.
Colos. 1.
Ibidem.

Cap. 12.
Matth. 1.

Maria abf.
que dolore
puerpera.

Esa. 7.
Cur Chri-
stus primo-
genitus vo-
cetur.

& reclinavit in præsepio. Vide admirabilem Virgiuis partum. Illa ipsa, quæ peperit, pannis inuoluit, & reclinavit in præsepio. Aliarum mulierum, quæ in mundo sunt, vna parit, & alia infantem pannis inuoluit. At non ita Virgo fecit, sed quæ peperit, illa eadem infantem pannis inuoluit. Quæ sine labore aliquo mater fuit, eadem & obstetricis munere functa est, cum à nulla muliere didicisset. Non enim permisit quenquam impuris manibus attractare partum ab omni labo purum. Illa per se eum, qui ab ipsa, & pro ipsa genitus est, suscepit, pannis inuoluit, & in præsepio reclinavit, quoniam non erat ei locus in diuersorio.

Iam vidisti, amice, quemadmodum Ecclesiæ figuram præmonstrabat humile illud habitaculum, in quo Virgo peperit. Quæ cùm femel concepisset ac peperisset, nunquam amplius genuit, neque virum cognovit: quanvis aliqui delirantes, eo quod audiant Euangelistam Lucam dicentes: Et peperit filium suum primogenitum: audieant dicere, Virginem ipsam alteram conceptionem suscepisse, incorruptam atque ab omni labo puram Virginem, corruptioni subiectam fuisse temere interactans. Nunquam, inquit, diceretur primogenitus, nisi & alter partus fecutus fuisset. Non solum autem aduersarij sua temeritatis testem Lucam Euangelistam proferre audent, sed Matthæum etiam eadem scribentem proferunt: quin etiam manifestius hoc apud Matthæum Euangelistam esse contendunt, cùm his verbis in ipsis Euangelio scriptum legatur: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Et post pauca: Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam: & non cognoscebat eam, donèc peperit filium suum primogenitum. Ex his verbis similiter aduersarij conantur probare, Mariam alios filios concepisse.

Sed caue hoc suspiceris: absurdâ enim omnino res est. Nam Virginale illud claustrum, in quo diuinus thesaurus repositus fuit, omni ex parte purum atque impollutum permanxit. Non coquinatum fuit secundum illud celum, neque commaculatum, & tanquam inutile factum est vas Mariæ, Dei capax effectum. Dominus autem, primogenitus Marie verè dictus est, non quia & alter ab eadem natus sit, sed quoniam primogenitus, hoc est, singularis atque incomparabilis genitus fuerit. Beatus item Paulus, licet de Domini ex Patre, qui est sine principio, scribens origine, dicat illum primogenitum omnis creaturæ, non propterè & naturalem aliquem fratrem ei fuisse innuit: neque enim, cùm eundem appellat primogenitum mortuorum, iam similem aliquem introduxit infernum conculcandum. Quamobrem hæc scripturæ verba prudenter intelligas, & piè credas. Dominus propterè vocatur primogenitus à mortuis, à Patre, & à Virgine, ut ex omnibus his notior fieret singularis eius dignitas, qua filius Dei est. Incoparabilis enim fuit Domini origo. Cuius enim mater ipsa Virgo est, eius origo qua ratione poterit explicari?

Quod autem dicit beatus Matthæus: Non cognoscebat eam, donèc peperit filium suum primogenitum: non in eam sententiam accipendum est, in quam isti præcepint. Verè non cognoscebat illam Ioseph, donèc peperit filium suum primogenitum, quandiu scilicet Virgo ipsa, quem conceperat, ferebat in ventre. Nanque Ioseph, quid in ea lateret, ignorabat, & quale, quantum ve illud esset, & quem ad finem res spectaret, non ante perspectum habuit, quæ Virgo peperit. Tunc enim, quanta esset eius virtus, ac dignitas diuinitus ei collata, manifestè cognouit. Tunc vidit mammam infantis à Virgine datam, cuius virginalis flos intactus permanserat. Tunc vidit Virginem peperisse quidem, sed nihil eorum sensisse, quæ parturientes pati solent. Tunc cognovit petram illam è montis vertice absconditam, mammam sugendam dedisse petra illi spiritali, quæ mentis lumine comprehenditur. Tunc cognovit Ioseph clarissimi præconiū prophetam Esaiam de Virgine illa hoc scripsisse: Ecce Virgo concipiet. Propterè igitur primogenitus dicitur Iesus, quod singulari & incomparabili modo genitus sit. Nam si verum dicere volumus, Dominus ipse vnigenitus verè est ex Patre. Solus enim ex solo fine principio genitus est. Idem Dominus, & vnigenitus, & primogenitus: vnigenitus ex Patre, vnigenitus ex Matre, propter dispensationis terminum. Ha-

bet

beille quidem multos fratres non natura, sed gratia, & in Virgine, & in Patre. Et in resurrectione habet fratres Dominus Iesus. Sed quinam sunt isti? Ante omnes fuerunt sancti Apostoli, quibus dixit Dominus: Vado ad patrem meum, & patrem ^{Ioan. 20.}

Ipsi Patri simul cum Filio, & sancto ac viuificante Spiritu, sit gloria in eterna secula, Amen.

MARTYRIVM SANCTÆ MARTYRIS ANASTASIAE, AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE,
vt habetur quinto Tomo Aloisij. Nos capita
margini adiecimus.

ANASTASIA mulierū pulcherrima, inclytæ quidem ^{25. Decemb.} Romæ erat nata: generis autem splendore & corporis pulchritudine, & animæ nobilitate, & morum honestate & moderatione omnes vincebat, & labris omnium canebatur. Et erat quidem cuiusdam viri Prætextati filia: à quodam autem, nomine Chrysogono, fuit in rebus diuinis instituta, cui etiam fuit postea caput ornatum corona martyrii, sicut etiam procedens declarabit oratio, cùm impius Diocletianus Romana scepta tunc teneret.

Cùm ergò apud Chrysogonū Anastasia falsam genti-^{Cap. 2.} lum opinionem verbis luculentis eluisset, eum qui verè est Deus, pro ijs qui videtur, cognoscit. Et nunc quidem non liberè profiteretur pietatem: à patre verò velinita in matrimonium data viro gentili, nomine Publio, conante, ut dicitur, misere ea qua miseri neque eunt, illa partim quidem omnino sibi vendicans virginitatem, partim autem abhorrens eius religionem, ne cum eo quidem omnino cohabitare in animum induxit: sed ut pura ad Christum accederet, & nullum ex eiusceptis despiceret, diù noctuque meditans, ad eum omnem direxit cogitationem. Vestem quidem certè sèpè mutans, & vili pro splendida se induens, & se In vilhabitu quodammodo celans, vna cam sequente ancilla, omnes obibat carceres, ^{tu adit carceres, & mihi aditum.} & quod pilorum erat superfluum, prolixum autem erat proper longam in carcere inclusionem, officiosè röndens, fanguinem diligenter obsergebat, vulnera mundabat: deinde etiam alligans linteis, & sanctis amplexibus suum in eos amorem indicans, & alimenta vnicuique præbens necessaria, sic eribat.

Hec cùm fierent assidue, quoniam virum latére non potuit, resciscit etiam Pū-^{Cap. 3.} blus: & protinus multi sunt adhibiti custodes Anastasiae, qui nō sinebant eam do-^{Multi ei cu-} no egredi, neque ullum ad eam ingredi ex ijs, qui, vt illi dicebant, mores videban-^{stodes adhi-} bentur. Illic corrumperem, & poterant ei perfuadere, vt à Publij abstineret consuetudine. Illum autem & hoc quidem male habebat, quòd alios omnes, qui anteā ab ipsa cùm erant, neque posset videre, nec ab ipfis videri: Quod vero plùs, quām alia, eam cuciabat, & medium eius cor tangebat, erat præceptor Chrysogonus: qui cùm ^{S. Chryso-} diobus annis integris multa & varia pro Christo tormenta sustinisset, habitabat ^{gonus in} carcere, ita iubente Diocletiano. Ad eum crebrò, quando in sua erat potestate, ^{carcere de-} tineatur. Tunc autem prohibita, per quandam anum ei significat ea, quæ euene-^{tum.} & per eam rogat, vt pro ipfa precetur. Precationis verò hæc sit summa, vt ab ambo, deducat ad effectum, & perseueret curare eos, qui martyricis decorantur vulnibus, quoād eius fieri poterit: quinetiam vt ipfa vitam finiat in pietatis scopo immutabili. Hæc cùm significasset Chrysogono, postremò etiam de mariti pro- fectione cum reddit certiore. Fuerat enim illo tempore Publius missus legatus ab Imperatore ad Persas. Quæ cùm didicisset Chrysogonus, iubet eam gaudere &